Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



181 229

Si ambulauero in medio tribulacionis uiuificabis me domine et super ira inimicorum meorum extendes manum tuam et saluum me faciet dextera tua secret Hec munera quæsumus domine que oculis tue maiestatis offerimus salutaria nobis esse ac dele P Cons Tu mandasti mandata tua custodiri nimis utinam dirigantur uie mee ad custodiendas iustificationes tuas compl Tua nos domine medicinalis operatio et a uitiis pueritatibus clementer expediat et tuis faciat semper inherere mandatis P feria

Fratres State et tenete ini ad thesalonic traditiones quas didicistis siue per sermonem siue epistolam nostram Ipse autem dominus noster ihesus xpus et deus pater noster qui dilexit nos et dedit consolationem eternam et spem bonam in gratia exhortetur corda uestra et confirmet in omni opere et sermone bono De cetero fratres orate pro nobis ut sermo domini curratur et glorificetur sicut et apud uos ut et liberemur ab importunis et malis hominibus non enim omnium est fides fidelis autem dominus est qui confirmabit uos et custodiet a malo Confidimus autem de uobis in domino quoniam que precipimus et facitis et facietis Deus autem dirigat corda uestra in caritate dei et patientia xpi Secundum mattheum

In illo tempore accesserunt ad iesum discipuli eius dicentes Dic nobis parabolam zizaniorum agri Qui respondens ait Qui seminat bonum semen est filius hominis ager autem est mundus bonum uero semen hi sunt filii regni zizania autem filii sunt nequam inimicus autem qui seminauit ea est diabolus messis uero consumatio seculi messores autem angeli sunt Sicut ergo colligit